

Tractatum & Commentariorum

DE TRANSACTIONIBVS, Num. 48. Cap. 8

TOMVS PRIMVS. Num. 49..

Confectus ex autoribus

IOANNE BAPTISTA CACCIALVPO,  
PETRO LORIOTO, ET  
FRANCISCO CVRTIO SEN.

*Cum nouo eodemq; locupletissimo indice.*



15

86.

*Bib. d*



Venundantur Francofurti ad Viadrum  
APVD IOHANNEM HARTMAN.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

# PRÆFATIO AD LECTOREM.

**I**nter reliqua Iureconsultorum in Reim-  
pub. egregia merita, minimè postremum  
locum obtinet, quod in iure vel insignio-  
res titulos suis commentarijs declarāt,  
vel quæ in varijs locis dispersa, non sine magno labo-  
re cōquerenda erant, in unum tractatum ordine con-  
gerunt. Atq; hanc illorum operam grato animo præ-  
dicabunt perpetuò, qui aut in tribunalib. iuri dicendo  
præficiuntur, aut in scholis docendi dicendiue iuris  
partes sustinent, vel in foro patrocinijs causarum in-  
seruiūt. Quoties enim obscurus aliquis textus occur-  
rit, aut de legis extensione vel restrictione queritur, ex  
Dd. eruditissimis interpretationibus facili negotio  
quid sequaris, & quomodo tum ambigua intelligere,  
tum cōtrarietates oppositas discutere, tum quatenus  
ad causam propositam legem accommodare, depro-  
mere licet. Qui verò in scholis agentes, singularum  
iuris partium initia, progressus atq; limites cognosce-  
re, atq; instar industrij viatoris per longam syluam  
iter facientis, certi esse volunt, quando tandem ad  
metam sint peruenturi: & quibus articulis certa ali

1

TRACTATUS.  
DE TRANSACTIONIBVS  
IOANNIS BAPTISTÆ

Caccialupi.

**M**EMINI superioribus annis diebus festis quadragesimalibus edidisse opusculum de aduocatis; in quo aliquas quaestiones forum poli respicientes, & conscientiam consolantes examinaui, sed perfunctoriè; inter quas inserui pericula, quibus aduocati circumdantur: & sæpenuero irretiuntur, quorum tertium in ordine fuit, quod aduocatus aliquando in progressu materiae aduertens eam esse iniustam, non inducit clientem ad cedendum liti & causæ, vel ad componendum sine aduersarij damno, vt tenetur, vt concluditur. 22. q. 71. c. 4. sed potius inducit eum ad transactionem, & aliquid corradere de alieno, vt videatur hominibus astutus, bonus & peruiuil athlete iudicialis, & etiam vt tegat ignorantiam aut improbitatem suam in præiudicium animæ suæ, nec de eis videri potest. Nunc eiusdem temporis quadragesimalis remissione cohortatus, aliquod opusculum extraordinarium proponam caritatibus vestris, quod non sit inutile pigris aut nouis, onerosum deuotis & doctis; & visum est texere opusculum de transactionibus in quibus maiores nostri plurimum laborauerunt, veluti in materia difficillima & speculatiua, vt saltem per hanc nauiculam possimus nauigare per altum pelagus transactionum. Quo fiet vt sentiant humanitatem nostram, imbecillitates debilium, destitutio pupillorum & desolatorum, laniamenta viduarum; in quibus iuuandis nemo est, qui